

BUL MET HET GOUDEN ZEGEL

Transcriptie en vertaling: Michiel Sauter

Verantwoording

De bul bestaat uit slechts enkele zeer lange zinnen in een nogal plechtig en juridisch Latijn. Om hieraan recht te doen ben ik in de vertaling dicht bij het origineel gebleven met lange zinnen in soms hoogdravende taal. Inhoudelijk vormen de derde tot en met de zevende alinea één heel lange zin. Voor de leesbaarheid en het overzicht heb ik de kern van deze alinea's en ook van de achtste alinea vetgedrukt weergegeven.

Transcriptie

In nomine sanctae et individuae Trinitatis feliciter amen. Carolus quartus, divina favente clementia Romanorum imperator semper Augustus et Bohemiae Rex, Ad perpetuam rei memoriam.

Etsi Imperatoriae dignitatis circumspecta benignitas universos fideles suos, quos Romanum ambit Imperium, pio favore prosequitur, ad illorum tamen utilitates et commoda specialis quodammodo praerogativa favoris dignanter intendit, quos immotae fidei constantia, laborum diuturnitas et approbatae virtutis industria rerum experientia recommendat.

Sanè honorabilium Magistrorum civium, Scabinorum, Consulum ac aliorum civium civitatis Novimagensis, nostrorum et sacri Imperii fidelium, praeclarae devotionis insignia et multiplices ac diuturnos labores, quibus nobis et clarae memoriae Divis Romanorum Imperatoribus et Regibus, praedecessoribus nostris et ipsi Imperio, cum debitae fidelitatis frequentia, fideliter adhaeserunt,

nec cessant quotidianis studiis frequentius adhaerere, clarae nostrae mentis intuitu limpidius intuentes, ipsis haeredibus et successoribus ipsorum in perpetuum ad instar praedecessorum nostrorum, utpote Imperatorum et Regum, quorum vestigia desideramus ex animo feliciter imitari,

omnia jura, consuetudines, libertates, immunitates, gratias, privilegia et litteras, cujuscunque tenoris existant, aut sub quacunque forma verborum concepta, quae et quas judex, Scabini, consulatus, civium Magistratus, ceterique cives Regalis Sedis Aquensis et aliarum civitatum Imperii ab eisdem praedecessoribus nostris obtinuisse noscunt,

ac etiam consuetudines approbatas et laudabiles, quibus dicti cives nostri Novimagenses hactenus freti sunt et utuntur in omnibus suis tenoribus, capitulis, sententiis et clausulis, et sicut eisdem juribus, gratiis, libertatibus, consuetudinibus, immunitatibus, privilegiis et litteris hactenus usi sunt et cottidie potiuntur,

de certa nostra scientia, ac maturo nostrorum principum, Baronum, et Nobilium consilio praecedente, de plenitudine Imperatoriae potestatis prout alias sub titulo Romanorum Regio etiam fecisse recolimus, approbamus, ratificamus, et de solita nostra celsitudinis gratia confirmamus,

adicientes nihilominus ex singulari dono gratiae specialis, quòd liceat eisdem civibus Novimagensibus ad instar Regalis civitatis Aquensis, cum universis et singulis quibuscunque rebus, bonis et mercibus suis, cujuscunque valoris seu conditionis existant, per terram sive per

aquam ubique per totum regnum sive Romanum imperium absque omni exactione telonii, pedagii, carradiae, vectigalis, gabellae, renae, redhibentiae seu cuiusvis alterius dacia, quibuscunque specialibus nominibus exprimantur, liberè et absque impedimento transire; cum etiam eadem gratia praedictis civibus Novimagensibus ab aliis Imperatoribus et Regibus Romanorum praedecessoribus nostris noscatur indulta, sicut has a nobis, tanquam Romanorum rege, gratias easdem de singulari benignitatis munere receperunt.

Inhibemus igitur universis et singulis nostris sacri Imperiique fidelibus, praesentibus et futuris sub obtentu gratiae nostrae, ne ausu temerario dictos cives Novimagenses ubicunque locorum cum rebus suis se transtulerint, adversus praesentis nostrae confirmationis et donationis gratiam gravare vel molestare praesumant,

aut ab ipsis vel ipsorum servitoribus de bonis, rebus et mercibus ipsorum in Regno vel Imperio telonia, pedagia, carradias, vectigalia seu dacia, quibuscunque exprimantur nominibus, quovis ingenio seu colore quaesito, aliquomodo postulare,

non obstantibus quibuscunque privilegiis, constitutionibus, libertatibus, consuetudinibus seu indultis a nobis et praedictis praedecessoribus nostris quibuscunque personis, quacunque etiam dignitate praefulgeant, seu cujuscunque gradus vel conditionis existant, datis et concessis, dandis et concedendis in contrarium, quibus omnibus si et in quantum praesenti nostrae confirmationi et donationi adversari noscantur, autoritate Imperatoria, et de certa nostra scientia derogamus, prout alias sub titulo Regio, ut praemittitur, sub verbis eisdem concessimus antedicta.

Si quis verò ausu temerario dictos Cives Novimagenses, fideles nostros, haeredes et successores eorum in perpetuum, gravare seu molestare, vel [ab] ipsis aut servitoribus ipsorum de rebus, mercibus et bonis ipsorum telonia, pedagia et alia, quae superius expressa sunt, aliquomodo postulare praesumpserit, post Imperialis indignationis aculeos, poenam centum librarum auri puri et optimi se noverit incidisse, quarum medietatem Imperialis nostrae Camerae, et reliquam partem injuriam passorum usibus decernimus applicandam.

Signum serenissimi Principis et domini, Domini Caroli Quarti Romanorum Imperatoris invictissimi et gloriosissimi Bohemiae Regis. Testes hujus rei sunt illustres Wilhelmus Iuliacensis, Wenceslaus Saxoniae, Bolko Falkenbergensis, Johannes Oppaniae et Bolko Opuliensis Duces, nec non spectabiles Burchardus senior Imperialis curiae Magister, Burchardus Iunior et Johannes Burgravii Magdeburgenses, Fredericus de Lyningen, et Albertus de Anhalt Comites, et alii quam plures proceres et sacri Imperij Romani fideles, praesentium sub bulla aurea Typario Imperialis nostrae majestatis impressa testimonio litterarum.

Datum Aquisgrani anno millesimo trecentesimo quinquagesimo septimo, decima Indictione, secundo Idus Februarii, Regnorum nostrorum anno undecimo, Imperij vero secundo.

Vertaling

In de naam van de heilige en ondeelbare Drie-eenheid, amen. Karel de Vierde, door de Goddelijke genade altijd verheven keizer van het Heilige Roomse Rijk en koning van Bohemen, ter eeuwige nagedachtenis.

Hoewel de voorzichtige goedheid van de keizerlijke waardigheid met vrome gunst al zijn trouwe onderdanen gedenkt, die het Romeinse Rijk omsluit, richt hij toch op een bijzondere manier vol achtung zijn welwillendheid op de belangen en voorrechten van hen, die de ervaring aanbeveelt vanwege onwankelbare trouw, langdurige inspanning en de ijver van bewezen deugd.

Inderdaad, **(1) de blijken van voortreffelijke toewijding en de vele en langdurige inspanningen** van de eerwaardige burgemeesters, schepenen, raadsleden en andere burgers van de stad Nijmegen, van deze getrouwen aan ons en het heilige Rijk waarmee zij zich met de regelmaat van verschuldigde loyaliteit steeds trouw verbonden hebben aan ons en aan de gedenkwaardige nagedachtenis van de Goddelijke Romeinse keizers en koningen, onze voorgangers en het keizerrijk zelf,

-waarbij zij niet aarzelen om zich telkens weer met hun dagelijkse ijver aan ons te verbinden en daarbij rekening houdend met ons gedenkwaardige karakter zuiverder oog houden voor hun eigen erfgenamen en de opvolgers daarvan voor eeuwig in navolging van onze voorgangers, namelijk de keizers en koningen, wier voetsporen wij van harte succesvol willen navolgen-

(2) alle rechten, gebruiken, vrijheden, immuniteiten, gunsten, privileges en oorkondes, van welke aard zij ook zijn, of in welke bewoordingen zij ook zijn opgesteld, waarvan de rechter, schepenen, raadsleden, burgemeesters en andere burgers van de koningsstad Aken en andere steden van het Rijk erkennen dat ze die hebben verkregen van onze voornoemde voorgangers,

(3) en ook de goedgekeurde en lovenswaardige gebruiken, waarop onze genoemde burgers van Nijmegen zich tot nu toe hebben verlaten en die zij gebruiken in al hun teksten, hoofdstukken, uitpraken en bepalingen, en zoals zij deze rechten, gunsten, vrijheden, gebruiken, immuniteiten, privileges en oorkondes tot nu toe gebruikt hebben en dagelijks genieten,

keuren wij goed en bekrachtigen wij vanuit onze betrouwbare kennis en na voorafgaand rijp beraad van onze vorsten, baronnen en edelen, uit de volheid van de keizerlijke macht, zoals we in onze herinnering als koning van de Romeinen eerder gedaan hebben **en wij bevestigen ze** met onze gebruikelijke verheven genade.

Niettemin voegen wij als unieke gift van speciale gunst toe, dat het aan die burgers van Nijmegen, net als de koningsstad Aken, **toegestaan is om** met al hun goederen en koopwaar, van welke waarde of soort dan ook, over land of over water, **vrij en zonder belemmering door het hele Koninkrijk of het Heilige Roomse Rijk te reizen, zonder enige betaling van tol**, wegens belasting voor voetgangers of voertuigen, heffingen, zout- en zandbelasting, accijns of enige andere last, onder welke naam dan ook. Zoals bekend is deze gunst ook door onze voorgangers, andere keizers en koningen van de Romeinen, aan de genoemde burgers van

Nijmegen verleend. Zo ook hebben zij dezelfde gunsten van ons, de koning van de Romeinen ontvangen, als uniek geschenk van vrijgevigheid.

Daarom verbieden wij alle trouwe onderdanen van ons Heilige Rijk, huidige en toekomstige, om, onder het voorwendsel van onze gunst, het roekeloze plan op te vatten om de genoemde burgers van Nijmegen, waar zij ook met hun zaken naartoe gaan, te hinderen of te belasten tegen deze door ons bevestigde gunst in.

Ook verbieden wij om van de Nijmeegse burgers of van hun dienaren met welk plan, onder welk voorwendsel en op welke manier dan ook tol, wegenbelasting voor voetgangers of voertuigen, heffingen, of andere lasten onder welke naam dan ook op hun goederen, zaken en koopwaar in het koninkrijk of het Keizerrijk te eisen.

Elk privilege, elke bepaling, toestemming, gewoonte of ontheffing door ons of onze voorgangers, aan personen met welke waardigheid dan ook zich onderscheidend, van welke rang of stand dan ook, gegeven en toegestaan, te geven en toe te staan, dient zicht te voegen naar dit verbod op tolheffing. Met keizerlijke autoriteit en vanuit onze zekere kennis neutraliseren wij alle regels als en voor zover die onze bevestiging en schenking zouden tegenspreken. Zoals eerder hierboven onder koninklijke titel vermeld, hebben wij de voornoemde zaken onder dezelfde bewoordingen toegekend.

Als iemand echter het slechte voornemen heeft om de genoemde burgers van Nijmegen, hun erfgenamen en opvolgers in de toekomst te belasten of lastig te vallen of van hen of hun dienaren over zaken, koopwaar en goederen tol, voetgangersbelasting en andere lasten zoals hierboven genoemd, op welke manier dan ook, te eisen, dan moet hij weten dat hij behalve de scherpe keizerlijke verontwaardiging een boete van honderd pond zuiver en uitstekend goud heeft gekregen. Wij beslissen dat daarvan de helft bestemd is voor onze keizerlijke schatkist en de resterende helft moet worden gebruikt voor de schadeloosstelling van degenen die de schade hebben geleden.

Het zegel van de zeer doorluchtige Keizer en heer, Heer Karel de Vierde, de onoverwinnelijke keizer der Romeinen en glorieuze koning van Bohemen. Getuigen van deze zaak zijn de illustere Willem van Jülich, Wenceslaus van Saksen, Bolko van Falkenberg, Johannes van Oppane van Oppenheim en Bolko van Opole, hertogen, evenals de aanzienlijke Burchardus senior, de keizerlijke hofmeester, Burchardus junior en Johannes, Burgraven van Maagdenburg, Frederik van Lyningen en Albert van Anhalt, graven, en tal van andere edelen en getrouwen van het Heilige Romeinse Rijk, (getuigen) van deze brief onder de gouden bul, die bedrukt is met het zegel van onze keizerlijke majesteit tot bewijs.

Gegeven te Aken in het jaar dertienhonderd zevenenvijftig, de tiende indictie, op de dag voor de iden van februari (=12 februari), in het elfde jaar van onze koningsschappen en het tweede jaar van ons keizerschap.

Gouden zegel

Op de voorkant van het gouden zegel staat: CAROLVS QVARTVS DIVINA FAVENTE CLEMENTIA ROMANORVM IMPERATOR SEMPER AVGVSTVS ET BOEMIE REX. In de eerste alinea van de bul staat exact dezelfde tekst: Karel de Vierde, door de Goddelijke genade altijd verheven keizer van het Heilige Roomse Rijk en koning van Bohemen.

Op de achterkant van het gouden zegel staat: ROMA CAPVT MVNDI REGIT ORBIS
FRENA ROTVNDI, Rome, hoofdstad van de wereld, houdt de teugels van de aardbol.
Metrisch gezien is dit een zogeheten versus Leoninus, een Leonijnse hexameter: een zesvoetig
vers met binnenrijm (mundi-rotundi). Op de stadspoort in het zegel staat: AVREA ROMA,
Het gouden Rome.